

- 33 Necessarium est fateri, omnes mortuos à morte resurrecturos esse, s. q. 78. 1. o.
- 34 Ex auctoritate scripture & ordine nature necessario asseritur, resurrectionem omnium fore à cineribus, s. q. 88. 2. c.
- 35 Ex divina providentia constitutum est, illos cineres de integro animæ conjungi in mortuorum resurrectione, & ita in illis cineribus nulla est inclinatio naturalis ad naturam, s. q. 78. 3. o.
- 36 Cum resurrectio dici non possit, nisi anima ad idem corpus redeat, in resurrectione anima idem corpus numero resumet, s. q. 79. 1. o.
- 37 Hæreticum est dicere, eundem hominem non resurrecturum, s. q. 79. 2. c.
- 38 In resurrectione humani corporis idem situs servabitur, maxime quantum ad partes essentielles, 1. q. 80. 3. o.
- 39 Omnia corporis humani membra resurgent, s. q. 80. 1. c.
- 40 Capilli & unguis resurgent in humano corpore, s. q. 80. 2. c.
- 41 Humores cum pertineant ad perfectionem humanæ naturæ resurgent cum homine, s. q. 80. 3. o.
- 42 Conveniens est, ut omne id quod est de veritate humanæ naturæ, resurgat, s. q. 80. 4. c.
- 43 Solum id quod est in homine materialiter, pertinet ad veritatem humanæ naturæ, resurgit cum ipso, s. q. 80. 5. c.
- 44 Conveniens est, ut homines resurgant in juvenili ætate, s. q. 81. 1. o.
- 45 Resurgent ejus staturæ, cujus aut erant aut futuri erant in juvenute, s. q. 82. 2. o.
- 46 In diverso sexu resurgent, s. q. 82. 3. c.
- 47 Resurrectio non est futura in vita animalis, s. q. 81. 4. o.
- 48 In resurrectione oportet, ut quisque operum suorum noticiam habeat, s. q. 87. 1. c.
- 49 Necessè est, ut culibet sua & aliorum præmiatio vel condemnatio manifesta sit, s. q. 87. 2. c.
- 50 Est in instanti aliquis non sit visurus singula tamen brevissimo tempore auxilio divini virtutis omnia particularia considerabit, s. q. 87. 3. o.
- 1 Rhetorica est ex conjecturis ad suspitionem; quia quandoque non sit complete fides vel opinio, sed suspicio quædam, quia non totaliter declinat ad partem contradictionis, licet magis declinet in hanc, quam in illam. Sed dialectica est ex probabilibus ad opinionem, 2. q. 48. c. fin.
- 1 Retributio proportionalis, ex debito legali; si est ex pacto, pertinet ad justitiam commutativam; si vero ex debito honestatis, pertinet ad virtutem gratiæ, sive ad gratitudinem, 2. q. 106. 1. ad 2.

- 2 Retributio Dei duplex, scilicet pro bonis impletis, & pro beneficiis, 3. q. 56. 2. ad 3.
- 1 Tripliciter aliquid cognoscitur, scilicet per revelationem, per seipsum, & hoc certitudinaliter, & conjecturaliter per aliqua signa, 1. 2. q. 112. 5. c.
- 2 Revelare secreta in malum personæ, est contra fidelitatem, nisi vergat in periculum aliorum, vel nisi propter bonum commune, contra quod nullum debet recipi secretum, 2. 2. q. 68. 1. ad 3. & q. 70. 1. ad 2.
- 3 Revelatio Dei fit ad inferiores per superiores, sicut ad homines per angelos, 2. 2. q. 2. 6. c.
- 4 Nullus unquam purus homo habuit revelationem à Deo, nisi mediatis angelis, 1. q. 98. 3. c. & 3. q. 55. 2. c.
- 5 Plura, & excellentius de mysteriis gratiæ revelata sunt Angelis & Apostolis, quam Prophetis, 1. q. 57. 5. ad 3.
- 6 Fides nostra innititur revelationi Apostolorum, & Prophetarum factæ; non autem alii revelationi, 1. q. 1. 8. ad 2. & 2. 2. q. 172. 6. ad 1.
- 7 Multis gentilibus revelationes factæ sunt de Christo, ut patet de Sibylla, 2. 2. q. 2. 7. ad 3. & q. 172. 6. ad 1.
- 8 Potest aliquis scire, se habere gratiam per revelationem, 1. 2. q. 112. 5. c.
- 9 Revelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex speciali privilegio, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentiam & fortius magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant, 1. 2. q. 112. 5. c. ad 4. & ad 5.
- 10 Non tamen revelat hoc omnibus, ne scilicet non prædestinati desperent, & ne securitas in prædestinatis negligentiam pariat, 1. q. 23. 1. ad 4.
- 11 Revelatum fuit Paulo, quod esset in gratia, 1. 2. q. 122. 5. c.
- 1 Reverentia directe respicit personam excellentem; ideo secundum diversas rationes excellentiæ, diversæ sunt species ejus, 2. 2. q. 104. 2. ad 4.
- 2 Reverentia Dei in communi, est de divinitate rationis naturalis, non autem determinatione ejus, 2. 2. q. 81. 2. ad 3.
- 3 Revereri est actus timoris, sed ut debetur Deo, est actus lætitiæ, 2. 2. q. 81. 2. ad 1.
- 4 Christus secundum quod homo, præceteris habuit pleniorum affectum reverentiæ ad Deum, 3. q. 7. 6. c. fin.
- 5 Revereri homines ratione aliquos divini in eis, scilicet gratiæ, virtutis, vel naturalis imaginis Dei, est laudabile, non autem ut sunt contrari Deo, 2. 2. q. 19. 3. ad 1. & q. 25. 1. ad 1.
- 6 Quæ habent aliquam excellentiam, solent haberi in reverentia, non autem omnia. Ideo consuetudo hominum inolevit, ut reges & principes, quos oportet reverentia haberi

- à subditis, & pretiosioribus vestibus ornentur, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes habeant: & propter hoc oportuit ut aliqua specialia tempora, & speciale tabernaculum, & specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur in lege, ut per hoc animi hominum, ad majorem Dei reverentiam adducerentur, 1. 2. q. 102. 4. c.
- Rex prudentia, & justitia, præminere debet, 2. 2. q. 50. 1. ad 1.
- Ritus Judæorum tolerantur ab ecclesia, propter figuram, in testimonium nostræ fidei, non autem ritus aliorum infidelium, arque hæreticorum, nisi ut vitetur majus malum; scilicet ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel ut facilius converterantur, 2. 2. q. 10. 1. o.
- 1 Rixa est contradictio in factis, scilicet. mutua percussio, & particulare bellum, sine auctoritate publica; sed contentio importat quandam contradictionem verborum in verbis, 2. 2. q. 41. 1. c. & q. 42. 1. c.
- 2 Qui publica potestate invadunt, non rixantur, nec peccant, sed qui eis resistunt, injuste se defendendo, 2. 2. q. 41. 1. ad 3.
- 3 Rixa invadentis injuste, est semper peccatum mortale, sed in defendente, nullum est peccatum: * vel veniale, scilicet. quando aliquis levis motus odii vel vindictæ se immiscet; vel mortale, scilicet. quando obfirmato animo, ex odio contra impugnantem insurgit, ad eum occidendum, vel eum graviter lædendum, 2. 2. q. 41. 1. o. & q. 42. 2. c.
- 4 Rixa oritur proxime ex ira, sed ex concupiscentia, sicut ex prima radice, & jaçantia occasionaliter, & ex odio per accidens, 2. 2. q. 37. 2. ad 1. & q. 41. 2. o. & q. 158. 7. c.
- 5 Odium & discordia, sequuntur ex rixa in rixantibus, 2. 2. q. 41. 2. ad 5.
- Ruth Moabitibus, quæ mulier virtutis erat, significat ecclesiam de gentibus. Et conversa ad Deum, intravit ecclesiam, licet esset Moabitibus, 1. 2. q. 105. 3. ad 1.
- S
- 1 Sabbatum inter cætera festa, tantum præcipitur in decalogo, quia figurabat generalia beneficia Dei, scilicet creationis, & beatitudinis, 1. 2. q. 100. 5. c. ad 2. & q. 102. 4. ad 10. item 2. 2. q. 122. 4. c. ad 2.
- 2 Præcipitur Judæis, triplici ratione, scilicet propter avaritiam, ut vacent divinis. Secundo ne errent circa creationem. Tertio ut significet triplicem quietem, scilicet. Christi in sepulchro, mentis à peccatis, & beatorum in patria, 1. 2. q. 100. 5. ad 2. & q. 102. 4. ad 10. & q. 105. 2. ad 9. fin. & 2. 2. q. 122. 4. c.

- 3 Opera servilia prohibita in sabbato, mystice sunt peccata, sed ad literam sunt opera servorum, idest mechanica, 2. 2. q. 187. 3. c.
- 4 Sunt principaliter peccata mortalia, secundo, opera propria servorum; non autem peccata venialia, nec opera quæ sunt ad cultum Dei; nec opera spiritalia, nec necessitas ad salutem corporis, vel animæ, vel rerum exteriorum, 1. 2. q. 100. 8. ad 4. & q. 107. 2. ad 4. & 2. 2. q. 40. & q. 122. 4. ad 3. item 3. q. 40. 4. ad 1. item ad 3.
- 5 In observantia sabbati, sanctificatio est finis; sed præceptum est cessare ab opere servili, idest mechanico, 2. 2. q. 122. 4. ad 3.
- 6 Circumcisio & sacrificia licebant Judæis in sabbato, 2. 2. q. 122. 4. ad 3.
- 7 Licuit Machabæis in sabbato pugnare; Ellæ fugienti itinerare, Apostolis evellere spicas, 1. 2. q. 100. 8. ad 4. & 2. 2. q. 40. 4. o. q. 122. 4. ad 3. & 3. q. 40. 4. ad 3.
- 8 Christus non solvebat sabbatum, nisi secundum apparentiam, 1. 2. q. 107. 2. ad 4. & 3. q. 40. 4. ad 1.
- 9 Judæi melius facerent labore sabbato, quam ludis & odio vacare. * Ideo magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit, 2. 2. q. 122. 4. ad 3.
- 1 Sacerdos fuit Christus simul, & hostia pacificorum, & hostia pro peccato, & holocaustum, 3. q. 22. 1. 2. o. & q. 84. 7. ad 4.
- 2 Christus est sacerdos secundum quod homo, non autem secundum quod Deus, 3. q. 22. 3. ad 1.
- 3 Simul fuit sacerdos, rex, & legislator, non autem alii homines, 3. q. 22. 1. ad 3. & q. 31. 2. c. ad 2. & q. 54. 4. ad 1.
- 4 Est totius sacerdotii origo, 3. q. 50. 4. c.
- 5 In Christo est divini sacerdotii plenitudo, 3. q. 63. 6. c.
- 6 Christus excellentius angelis habuit potestatem sacerdotalem, quia fuit major eis secundum utramque naturam, & angeli fuerunt ministri sacerdotii ejus, 3. q. 22. 1. ad 1.
- 7 In triduo mortis fuit sacerdos, quia sacerdotium convenit homini ratione animæ, idest in qua est character ordinis. Unde per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo, 3. q. 50. 4. ad 5.
- 8 Christo non convenit suscipere in se characterem, vel effectum sui sacerdotii, quia ipse est fons totius sacerdotii, nisi secundum quid, scilicet. ratione impassibilitatis suæ, 3. q. 22. 4. o.
- 9 Sacerdotium Christi manet in æternam ratione confirmationis, & finis, scilicet beatitudinis sanctorum, non autem ratione ex-

- 6 Debet offerri soli Deo, 12. q. 102. 3. c. 22. q. 84. 1. ad 1. q. 85. 3. c. q. 94. 2. c. q. 3. q. 48. 3. c.
- 7 Offerre Deo sacrificium in communi est de iure naturali, sed determinatio eius est de iure divino, & humano, 22. q. 85. 1. c.
- 8 Sacrificia sensibilia instituta sunt non propter indigentiam Dei, sed ut homo se & omnia sua referat in Deum, ut in finem, principium & dominum omnium, 12. q. 102. 2. c. ad 1. q. 22. q. 30. 4. ad 1. q. 81. 6. ad 2. q. 7. c. ad 2. q. 85. 2. c.
- 9 Quicumque offert sacrificium debet esse sacrificii particeps, 3. q. 82. 4. c.
- 10 Sacrificium duplex scilicet interius, & exterius, 22. q. 85. 2. c. q. 3. q. 22. 2. c. q. 82. 4. c.
- 11 Ad primum omnes tenentur; ad secundum vero soli subditi legi, nisi necessarii actus virtutum, 22. q. 85. 4. c.
- 12 In quolibet sacrificio considerantur quatuor, scilicet cui, à quo, quid, & pro quibus offertur, 3. q. 22. 3. ad 1. q. 48. 3. c.
- 13 Homo indiget sacrificio propter tria, scilicet propter remissionem peccati, consecrationem gratiæ, adeptionem gloriæ. Quæ omnia dantur nobis per humanitatem Christi, 3. q. 22. 2. c.
- 14 Homo tripliciter exhibet corpus suum sacrificium & hostiam Deo, scilicet per martyrium, per austeritatem, & per opera iustitiæ, & divini cultus, 22. q. 85. 3. ad 2.
- 15 Sacrificia, oblationes, & huiusmodi ante legem Moysis erant necessitatis in communi, sed erant voluntatis in speciali, 12. q. 103. 1. c. q. 3. q. 60. 5. ad 3. q. 61. 3. ad 2. q. 70. 2. ad 1. item 4. ad 2.
- 16 Præcepta de sacrificiis non sunt data Judæis, post idololatram, 12. q. 102. 3. c.
- 17 Ratio litteralis, & figuralis omnium sacrificiorum in lege veteri exponitur, 12. q. 102. 3. c.
- 18 Lex vetus in multis diminuit cultum corporalem, ideo statuit quod sacrificia non offerrentur de quolibet, nec in omni loco, 12. q. 101. 3. ad 3. q. 4. ad 1. q. ad 4. q. 102. 4. ad 3.
- 19 Efus adipum, & sanguinis in sacrificiis Judæorum erat prohibitus, sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris ad honorem Dei: adeps vero adurebatur igne, & hoc ad evitandum idololatram. Libabant enim idololatræ sanguinem victimarum, & comedebant adipem. Secundo ad informationem humanæ vitæ, ut horrerent homicidia. Efus autem adipum prohibebatur, ad vitandum lasciviam & delicias que in cibis habentur. Tertia ratio ad reverentiam Dei. Quarta quia significabatur effusio sanguinis Christi; adeps

- autem abundantiam nutrimenti demonstrat, & pinguedinem significat charitatis, 12. q. 102. 3. ad 8.
- 20 Sacrificia veteris legis non erant Deo accepta secundum se, sed quia figurabant passionem Christi, & sacrificium interius, scilicet devotionem, & ne offerrent ea idolis, 12. q. 102. 3. c. q. 4. ad 3. q. 5. ad 4. princ.
- 21 Sacrificium in lege veteri erat publicæ protestatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligentis, nec pro aliis peccatis interiorum actuum, quia erant occulta, 22. q. 54. 3. ad 3.
- 22 Triplex in lege veteri, scilicet oblatio pro peccato, holocaustum, & victima, vel hostia, 12. q. 102. 3. ad 8. q. ad 9.
- 23 Sacrificia veteris testamenti significabant passionem Christi, sed oblationes significabant dispositionem Christi patientis, scilicet voluntarie, 3. q. 47. 2. ad 1. q. 48. 3. c.
- 24 Utraque significabant eucharistiam, prima quidem quoad significatum, secunda vero quoad numerum, & usum, 12. q. 101. 4. ad 1.
- 25 Primum scilicet oblatio pro peccato, convenit penitentibus, secundum perfectis, & tertium proficientibus, 22. quest. 102. 3. ad 8.
- 26 Primum erat de necessitate remissionis peccati, unde incendebatur una pars, & alia erat sacerdotis, quia expiatio fit à Deo per ministerium sacerdotum, 12. quest. 102. 3. ad 8.
- 27 Tertium erat ex debito beneficii vel accepti, vel accipiendi, pro gratiarum actione, vel pro salute & prosperitate offerentium, quorum tertia pars erat, secunda sacerdotum, & prima incendebatur Deo, 12. quest. 102. 3. ad 8.
- 28 Sacrificium pro peccato totius populi, vel sacerdotis totum conburebatur, ne aliquid peccati in eis remaneret, 12. q. 102. 3. ad 8.
- 29 Primitivæ erant oblationes non autem sacrificia, quia nihil sacrum fiebat circa eas, 22. q. 85. 3. ad 3. q. 86. 4. c.
- 30 De his quæ veniunt in usum hominis de terra nascentibus, sunt cibus, potus, condimentum, & medicamentum. De primo offerebatur in sacrificio panis; de secundo vinum; de tertio oleum, & sal; de quarto thus, quod est aromaticum, & consolidativum. Primo significatur caro Christi; secundo sanguis ejus; tertio gratia; quarto scientia, quinto oratio, 12. q. 102. 3. ad 13.
- 31 Sal offerebatur in sacrificiis, quia impedit corruptionem putredinis. Et significat discretionem sapientiæ, & mortificationem carnis, 12. q. 102. 3. ad 14.
- 32 Sacrificium expiationis erat solemnissimum. Et erat præcipua figura eucharistiæ quoad Christum.

- rum passum, sicut omnia sacrificia veteris legis, 3. q. 73. 6. c.
- 33 Potissimum sacrificium est, quo Christus se obtulit Deo. Ideo omnia sacrificia veteris legis erant ad figurandum hoc, ut perfectum per imperfecta, quorum rationes sumi debent ex eo, 12. q. 102. 3. c.
- 34 Licet in sacrificiis veteris legis non sumeretur caro humana, sed aliorum animalium, tamen caro Christi est verum sacrificium quadruplici ratione, scilicet quia ex eo quod est caro humanæ naturæ, caro congrue pro hominibus offertur: Et ex eo quod erat passibilis & mortalis, apta erat immolari: Et ex hoc quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata: Et ex eo quod erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta, propter charitatem, suam carnem offerentis, secundum Augustinum, 3. q. 48. 3. ad 3.
- 35 Passio Christi fuit verum sacrificium, 3. q. 47. 2. c. ad 3. q. 4. ad 2. q. 48. 3. c. q. 61. ad 3. q. 49. 4. c. q. 73. 4. c. ad 3. item q. 83. 1. c.
- 36 Occisio Christi fuit sacrificium respectu voluntatis ejus; non autem quoad voluntatem occidentium, sed gravissimum peccatum, 3. q. 22. 2. ad 2. q. 47. 4. ad 2. q. 48. 3. ad 3. c.
- 37 Sacrificium Christi fuit efficacissimum ad delendum peccata, ratione deitatis, 3. q. 22. 3. ad 3. q. 49. 4. c. q. 154. 10. c.
1. Sacrilegium est omne quod fit ad irreverentiam rei sacræ, 22. q. 99. 6. q. 154. 10. c.
2. Est speciale peccatum, oppositum religioni, 22. q. 99. 2. q. 177. 1. c.
3. Est sine aliis peccatis, quando non est alia deformitas, nisi violatio rei sacræ, 22. q. 99. 2. ad 3. q. 177. 1. c.
4. Species ejus sunt tres, secundum triplicem rationem sanctitatis, scilicet personarum, locorum, & aliarum rerum, 22. q. 99. 3. c. q. 154. 10. ad 3. q. 177. 1. c.
5. Et gravius est contra personam, quam contra locum. Sed gravissimum est contra sacramenta; secundo contra vasa sacra, tertio contra imagines & reliquias sanctorum, quarto contra ornatus rei sacræ, quinto contra res ministrorum Ecclesiæ, 22. q. 99. 3. c.
6. Omne peccatum personæ sacræ est sacrilegium materialiter, non autem formaliter, nisi sit directè contra sanctitatem ejus, puta si virgo Deo dicata fornicetur, 22. q. 99. 3. ad 3. c.
7. Quilibet species luxuriæ, secundum quod violat aliquid pertinet ad cultum Dei, est sacrilegium, 22. q. 154. 10. c.
8. Pena sacrilegii secundum aequalitatem, est excommunicatio. Sed quia hæc non temporaria, sed perpetua, 22. q. 99. 3. c.

- aur, additur decapitatio secundum leges, & poena pecuniaria secundum canones, 22. q. 99. 4. c. q. 154. 10. ad 2.
- Sal impedit corruptionem putredinis, 1. q. 104. 2. c. q. 12. q. 102. 3. ad 14.
1. Salomon non meruit sapientiam in somnibus, sed fuit signum precedentis desiderii, 12. q. 113. 3. ad 2. q. 22. q. 154. 5. ad 1.
2. Somnus Salomonis non fuit naturalis, sed fuit prophetica visio, 12. q. 113. 3. ad 2. q. 22. q. 173. 2. c.
1. Salvati nullus potest, nisi per Christum, 3. q. 61. 3. c. 1. ad 2. q. 4. c. q. 68. 1. c. q. 2. c. q. 73. 5. c. q. 84. 5. c.
2. Ad salutem venit dupliciter, scilicet merito Christi, ut pueri, & stulti; & merito proprio, addito ad meritum Christi per actum fidei, 22. q. 124. 1. ad 1. q. 113. 3. ad 2.
3. Pueri antiquorum salvabantur sine parentum, 3. q. 48. 3. ad 3. c. item quest. 70. 4. ad 2.
4. In necessariis ad salutem tenemur intellectum nostrum conformare intellectui Dei, ut in his quæ sunt fidei, 1. q. 1. 8. ad 2. q. 177. 1. c.
5. In necessariis ad salutem Deus numquam deest, nec unquam deficit homini, nisi ex culpa ejus, 12. q. 98. 2. ad 4. q. 22. q. 177. 1. c. q. 178. 1. c.
6. Quilibet tempore instructi sunt homines divinitus de agendis, in quantum expediat ad salutem electorum, 22. q. 174. 6. c. fin. ad 3.
7. Ex divina providentia procurantur multæ occasiones salutis hominibus, ut prædicationes, exempla, actus virtutum pro loco & tempore, egriuidines, flagella, & etiam peccata, 12. q. 87. 2. ad 1. q. 22. q. 177. 1. c.
8. Non est de necessitate charitatis, quod aliquis exponat proprium corpus pro salute proximi, nisi quando teneatur ejus salutem videre, sed est de perfectione charitatis, 22. q. 26. 5. ad 3. q. 177. 1. c.
1. Samuelis anima, si voluntate Dei Saul eventum belli prænuñciavit, Deo sibi hoc revelante, pertinet ad rationem prophetiæ. Non autem est eadem ratio de sanctis, qui sunt modo in patria, 22. q. 174. 5. ad 4.
2. Dicit etiam potest, quod non fuerit anima Samuelis, sed demon ex persona ejus loquens, quem sapiens Samuelem nominat, & ejus prænuñtationem, prophetiam, secundum opinionem Saulis & adstantium, qui ita opinabantur, 22. q. 174. 6. ad 2. q. 174. 5. ad 4. q. 177. 1. c.
1. Sanctificatio duplex, scilicet totius naturæ humanæ ab omni corruptione culpæ & penæ in resurrectione, & personalis in sola mente, 3. q. 27. 2. ad 4.
2. Duplex, scilicet adultorum per proprium actum, & parvulorum secundum fidem parentum, H. J. tum,

27 Sacramenta legis naturæ non obligabant ex præcepto Dei, sed secundum mentem cuiuslibet celebrabantur, 3. q. 60. 5. ad 3. & q. 61. 3. ad 2. & q. 70. 2. ad 1.

28 Solus Deus est institutor sacramentorum. Quæ autem per homines instituta sunt, pertinent ad solemnitatem. Quæ vero à Christo, necessaria sunt, 3. q. 64. 2. & q. 83. 3. ad 8.

29 Solus Deus operatur ut causa principalis ad effectum interiore sacramentorum, sed homo, & sacramenta instrumentaliter tantum, 3. q. 64. 1. 4. & q. 9. c. & q. 84. 3. ad 3.

30 Sacramenta operantur ut instrumenta divinæ misericordiæ iustificantis; Dei autem est respicere ad hominis cor, 1. q. 57. 4. & item 22. quæst. 4. 1. c. & quæst. 106. 5. ad 3.

31 Sacramentalia non pertinent ad gratiæ interioris necessitatem, sicut sacramenta. Ideo Christus reliquit ea fidelibus instituenda pro arbitrio suo, 12. q. 108. 2. ad 2.

32 Christus ut Deus operatur per auctoritatem ad interiore effectum sacramentorum, sed ut homo meritorie, & efficienter, ut instrumentum principale, 3. q. 64. 3. & q. 4. c.

33 Omnia sacramenta novæ legis sunt immediate instituta à Christo, 12. q. 108. 2. c. ad 2. & q. 64. 3. c. & q. 66. 6. c. & q. 72. 1. ad 1.

34 Virtus Christi operatur in sacramentis per modum sanationis, & expiationis cuiusdam, 3. q. 52. 8. ad 2.

35 Fides ministri non est de necessitate sacramentorum, 3. q. 64. 9. c.

36 Devotio ministri aliquid operatur impetrandum, non quidem effectum sacramentorum, sed aliquid annexum ei, 3. q. 64. 1. ad 2. & q. 82. 6. c.

37 Oraciones quæ sunt in collatione sacramentorum sunt in persona totius Ecclesiæ; & non in persona alicujus particularis, 3. q. 64. 1. ad 2.

38 Intentio ministri requiritur ad perfectionem sacramentorum, 3. q. 60. 8. c. & q. 64. 8. c.

39 Intentio virtualis sufficit ad perfectionem sacramentorum. Sed minister debet conari ad actualem intentionem; licet non totaliter sit in potestate hominis, 3. q. 64. 8. ad 3.

40 Intentio Ecclesiæ, expressa in forma sacramenti, sufficit ad perfectionem ejus, nisi contrarium exprimat exterior, 3. q. 64. 8. ad 2.

41 Perversitas intentionis, respectu sacramenti expressa, tollit veritatem sacramenti, non autem respectu sequentium, 3. q. 64. 10. c. & q. 74. 2. ad 2.

42 Sacramenta conferri possunt per malos ministros, 3. q. 64. 5. c. item 9. c.

43 Quamdiu minister Ecclesiæ qui est in peccato mortali sustinetur ab Ecclesiâ, subditus ejus debet ab eo sacramenta accipere; quia ad hoc est ei obligatus, 3. q. 64. 6. ad 2.

44 Tamen præter articulum necessitatis non est tutum eum inducere ad aliquid sui ordinis exequendum; durante tali conscientia, quam tamen deponere posset, quia in instanti gratia mundatur, 3. q. 64. 5. ad 2.

45 Hæretici præcisi ab Ecclesiâ, servantes formam Ecclesiæ, conferunt sacramentum, non autem rem sacramenti. Sed graviter peccant dantes, & recipientes. Si vero non servent formam, nihil conferunt, 3. q. 64. 9. ad 2. & ad 3. & q. 82. 5. c. & 7. ad 2. item 8. 9. c.

46 Effectus sacramentorum duplex, scilicet principalis, idest gratia, & secundarius, scilicet character, vel aliquis ornatus animæ, in sacramentis in quibus non imprimitur character, 3. q. 62. princ.

47 Quando plures actiones ordinantur ad unum effectum, in illa quæ perficit effectum principalem consistit essentialiter sacramentum, non autem in eis quæ ad hoc disponunt, vel remouent impedimentum, vel ornant, sed sunt sacramentalia, 3. q. 60. 2. ad 3.

48 Ubi occurrit specialis effectus gratiæ ibi ordinatur speciale sacramentum, quia sacramenta novæ legis ad hoc ordinantur, 3. q. 72. 1. c.

49 Omne sacramentum producit suum effectum virtute formæ, & materiæ, 3. q. 86. 6. c.

50 Diversa sacramenta diversimode purgant, illuminant, & perficiunt, 3. q. 65. 1. ad 3.

51 In sacramento novæ legis est illuminatio gratiæ cum purgatione, 3. q. 65. 1. ad 3.

52 Effectus sacramenti non imperatur Ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi, 3. q. 64. 1. ad 2.

53 Omnis efficacia sacramentorum descendit à Christo, 3. q. 60. princ. & q. 66. 6. c. & q. 84. 1. ad 1. & 7. c.

54 Efficacia & virtus sacramentorum est ex Deo ut à causa principali, sed est ex passione Christi, ut à primâ causa meritoria, & ut ab instrumento conjuncto; ex fide vero, ut à continuante instrumentum agentis principali, 3. q. 49. 1. ad 4. & q. 61. 1. ad 1. & q. 62. 5. c. & 6. c. & q. 64. 1. ad 2. & 2. c. & 7. c. & quæst. 84. 7. c. item q. 86. 1. c. fin.

55 Sacramentum consequitur virtutem spirituales ex benedictione Christi, & applicatione

61 Sacramenta veteris legis proprie dicuntur, quæ significabant sanctitatem Christi, non quidem ut in se est, sed ut per eam sanctificatur, 3. q. 60. 2. ad 2.

62 Et erant prænumtia Christi venturi, 3. q. 60. 6. ad 3. & q. 61. 3. c. & 4. c. & q. 62. 6. c. fin.

63 Passio Christi est causa finalis sacramentorum veteris legis, quia fuerunt instituta ad eam significandam, 3. q. 61. 3. ad 1.

64 Sacra & sacramenta veteris legis figurabant sacra, & sacramenta novæ legis; & observantia veteris legis conversationem populi novæ legis, quæ omnia ad Christum pertinent, 12. q. 101. 4. ad 1. & ad 4.

65 Sacramenta veteris legis erant plura propter diversitatem caeremoniarum & sacrificiorum, 3. q. 65. 2. ad 4.

66 Quoad omnes erant tria, scilicet circumcisio, esus agni paschalis, & purificatio, quibusdam immunditiis, ut expiatio à peccatis. Sed quoad ministros etiam erant alia tria, scilicet consecratio sacerdotum, oblatio victimarum, esus panum propositionum, & hujusmodi, & ablutio manuum & pedum, & ratio pilorum, 12. q. 102. 5. c.

67 Sanctificabant mancipando ad divina, non autem emundando, nec confirmando, 3. q. 62. 6. ad 2.

68 Nec interius efficiebant. Ideo dicuntur iustitia carnis, 3. q. 72. 5. ad 3.

69 Nec purgant à culpa, sed ab immunditia, idest ab irregularitatibus, & impedimentis, quæ multiplicabantur à lege, propter timorem & reverentiam Dei, 12. q. 102. 5. ad 4. & ad 5. & ad 6. & q. 103. 2. c. & q. 37. 4. ad 3. & q. 89. 4. ad 1.

70 Nec diluebant peccata quoad maculam, sed reatum, in quantum erant onerosa, tamen præsupposita gratia, 3. q. 62. 6. ad 2.

71 Ratio litteralis & figuralis omnium sacramentorum veteris legis exponitur, 12. q. 105. 5. c.

72 Nec iustificabant, sed significabant fidem, qua iustificabantur patres antiqui, 12. q. 98. 2. ad 3. & q. 103. 2. c. & q. 107. 1. ad 3. & q. 62. 6. c.

73 Nec habebant in se aliquam spirituales virtutem operativam spiritualis effectus, 3. q. 62. 6. c. fin. & q. 63. 1. ad 3.

74 Sacramentum dicitur tripliciter, non quidem æquivoce, sed analogice, scilicet sacramentum secretum, juramentum, & signum rei sacræ, 3. q. 60. 1. c.

75 In quolibet sacramento sunt tria, scilicet origo, perfectio, & finis duplex, scilicet proximus, idest sanctificatio, & finis ultimus, scilicet vita æterna, 3. q. 60. 3. c.

76 Differentia inter sacra, sacramenta, sacrificia, & observantias, 12. q. 101. 4. c.

77 Sacramenta novæ legis conferunt gratiam, non autem sacramentalia, sed remouent contrarias dispositiones, & impedimenta. Ideo secundum ea multiplicantur, 12. q. 108. 3. ad 1. & 3. q. 71. 3. ad 2.

78 Sacramenta & sacramentalia, quæ habent effectum perpetuum, non possunt iterari, quæ vero non habent, possunt iterari, 3. q. 69. 3. ad 3. fin. & q. 82. 8. ad 2.

79 Sacramenta quatuor dicuntur magna scilicet baptismus ratione effectus, confirmatio ratione ministri, eucharistia ratione contenti, & matrimonium ratione significati, 3. q. 65. 3. ad 4. & q. 67. 2. ad 3.

80 In sacramentis veteris legis quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa, 12. q. 102. 5. c.

81 Numerus & sufficientia septem sacramentorum novæ legis, 3. q. 65. 1. c.

82 Ordo sacramentorum novæ legis exponitur, 3. q. 65. 2. 3. c. item q. 67. 2. ad 3.

83 Sacramenta novæ legis tripliciter habent ad sacramenta veteris legis, scilicet essentialiter, ut matrimonium, penitentia, & eorum; figurative, ut baptismus, & eucharistia; & neutraliter, ut alia, 12. q. 102. 5. ad 5.

1 Sacrificium proprie dicitur aliquid factum ad honorem debitum soli Deo, ad eum placandum, 22. q. 81. 4. ad 1. & q. 22. 2. c. & q. 48. 3. c.

2 Sacrificium exterius est signum sacrificii interioris, quo quis se offert Deo, 3. q. 82. 4. c.

3 Omne quod Deo exhibetur, ut spiritus feratur in Deum, potest dici sacrificium, 3. q. 22. 2. c. & q. 58. 3. c.

4 Omnia obsequia proximis facta, in quantum ad Deum conferuntur, dicuntur sacrificia, 22. q. 188. 2. c.

5 Sacrificium nihil aliud est, nisi protestatio interioris devotionis & fidei, 22. q. 85. 2. c. & q. 22. 2. c.

tum, vel Ecclesie. Prima est perfectior quam secunda, 3. q. 24. 1. c. & q. 70. 3. ad 2.

3 Sanctificari dicitur tripliciter, scilicet mundari a peccato, confirmari in bono, & deputari ad cultum Dei. Et tantum tertium convenit earenti ratione, 22. q. 81. 8. c. & q. 62. 6. ad 2. & q. 63. 6. ad 2.

4 Sanctificatio tabernaculi, & vasorum ejus literaliter fuit, ut haberetur in reverentiam. Sed figurabatur spiritalis sanctificatio fidelium, 12. q. 102. 4. ad 9.

5 Sanctificari dicitur tripliciter, scilicet ex minus sancto, ex non sancto privative, & ex non sancto negative. Et tantum tertium convenit Christo, quia factus est sanctus ex non sancto, secundum hominem, non quidem privative, ut scilicet aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus; sed negative, quia, scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam; & ideo simul factus est homo, & sanctus homo, 3. q. 74. 1. ad 2.

6 Que sunt præter legem communem, non sunt principaliter ad subveniendum uni persone, sed ad infirmationem, & commendationem gratie, ut sanctificatio in utero, 3. q. 27. 6. c.

7 Non est credendum, aliquos esse sanctificatos in utero, de quibus non loquitur scriptura, 3. q. 27. 6. c.

8 Illi præcipue sanctificati sunt in utero, qui immediatus ordinati sunt ad significandum sanctitatem Christi, 3. q. 27. 6. c.

9 Hieremias & Joannes Baptista non fuerunt sanctificati ante infusionem anime rationalis, 3. q. 27. 2. ad 1.

10 Sanctificati in utero creduntur non peccasse mortaliter de cætero, 3. q. 27. 6. ad 1.

11 Sanctificati in utero debent baptizari, ut suscipiant characterem, quo Christo configurentur, & ita per susceptionem characteris aliis membris Christi configurarentur etiam corporaliter; & ut quasi deputentur ad percipiendam divinam; tertio propter bonum obedientiam, quia præceptum de baptismo omnibus est datum, & ab omnibus debet impleri, nisi articulus necessitatis sacramentum excludat, 3. q. 68. 1. ad 3.

12 Nazareæ, per quos significantur perfectissimi, sanctificabantur voto, 22. q. 86. 6. c.

1 Sanctitas est specialis virtus, scilicet religio, sed est generalis imperio, 22. q. 81. 8. ad 1.

2 Refert omnia virtutum opera in Deum, vel per hæc disponit ad cultum Dei; ideo differt tantum ratione a religione, quæ est circa pertinentia specialiter ad cultum Dei, ut in sacrificiis, 22. q. 81. 8. c.

3 Importat duo necessaria ad applicationem mentis ad Deum, scilicet munditiam, & firmitatem, 22. q. 81. 8. c.

Sanctus unus præcipue laudatur de una virtute, & alius de alia, propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius virtutis, quam ad actum alterius, 12. q. 66. 2. ad 2.

1 Sanguis non est actu pars, sed est totum in potentia, 3. q. 3. 5. ad 1. & 6. c.

2 Est de integritate humane nature, 1. q. 119. 1. c.

3 Sanguines sunt amativi. Ideo secur dicitur cogens amare, quia generat sanguinem, 12. q. 48. 2. ad 1.

4 Sanguis in lege veteri effundebatur ad crepidinem altaris, ut Judæi horerent effundere sanguinem, & quia vita est a Deo. Et pro effusione sanguinis Christi, 12. q. 102. 3. ad 8. & 6. ad 1.

5 Sanguis Christi est pretium redemptionis nostre, quod Christus obtulit Deo, non autem diabolo, 3. q. 48. 4. ad 3. & 5. c. & q. 49. 5. ad 1.

6 Totus sanguis Christi, qui ad veritatem humane nature pertinet, in passione ejus effusus pro redemptione humani generis, ad corpus Christi rediit, & resurrexit cum eo triplici ratione, scilicet quia passus est in perfectissima ætate, in qua maxime ea quæ in homine inveniuntur, ad veritatem humane nature pertinere videntur, tamquam ad maximam perfectionem adducta; & ex merito passionis, sicut & illæ partes sanctorum martyrum, in quibus passionem pro Christo sustinuerunt, quemdam privilegium fulgorem in resurrectione habebunt; & ex ipsa virtute passionis in qua humanum genus sanctificavit, quia humanitas Christi salutiferam virtutem habuit, & ex virtute verbi sibi uniti, secundum Damascenum, 3. q. 54. 3. ad 1.

7 Sanguis Christi in passione effusus, qui maxime fuit salubris, fuit divinitati unitus; ideo oportuit quod in resurrectione jungeretur aliis humanitatis partibus, sicut & verum corpus ejus, 3. q. 52. 3. ad 1.

8 Sanguis vero qui in quibusdam ecclesiis pro reliquiis servatur, fluxit miraculose de quadam ejus imagine percussa, 3. q. 53. 3. ad 3.

1 Sanitas est de prima specie qualitatis, causata ex humoribus adæquatis, 12. q. 68. 49. 2. c. ad 1. & ad 2. & 4. c. & quæst. 50. 1. c. fin.

2 Est tantum in animali, 1. q. 16. 6. c.

3 Eadem numero sanitas est in animali, & in aliis, nec alia sanitas est medicinæ, & urinæ, quam sanitas animalis, quam medicina facit, & utina significat, 12. q. 20. 3. ad 3.

4 Christus quemcumque curavit, totum sanavit, scilicet mente, & corpore, 3. q. 44. 3. ad 3. & q. 86. 5. ad 1.

5 Dicitur ille non posse sanari, qui non po-

potest de seipso sanari. Potest tamen hoc fieri per virtutem divine gratie, quæ etiam interdum in profundum maris se converterit, 2. q. 33. 2. ad 1. & 3. q. 86. 1. ad 2. fin.

1 Sapientia quæ formaliter sapientes sumus, est quadam participatio divine sapientie, quæ Deus est, 22. q. 23. 2. ad 1.

2 Secundum Philosopher, est tantum cognitiva, secundum Theologos vero est etiam directiva, 22. q. 19. 7. c. & q. 45. 2. c.

3 Judicat de omnibus, & ordinat, quia considerat altissimas causas, 12. q. 57. 2. c. ad 1. & q. 66. 5. c. ad 1.

4 Sapiens simpliciter est qui cognoscit altissimam causam simpliciter, sed sapiens in aliquo genere est qui scit altissimam causam in illo genere, 1. q. 1. 6. c. & 22. q. 9. 2. c. & q. 45. 1. c. & q. 47. 2. ad 1.

5 Sapientia simpliciter semper est bona, sed secundum quid est mala, & est triplex, scilicet terrena, animalis, & diabolica, 22. q. 45. 1. ad 1. & q. 46. 1. ad 2. & q. 53. 1. ad 3. & q. 113. 1. ad 1.

6 Omnis sapientia est scientia, inquantum est de conclusionibus, sed differt a cæteris scientiis inquantum est de principiis, 12. q. 57. 2. ad 1. & ad 4. & 22. q. 9. 2. c.

7 Sapientia utitur principiis non solum concludendo ex eis, sicut aliæ scientiæ, sed judicando de eis & disputando contra negantes ea, 1. q. 1. 8. c. & 12. q. 33. 2. ad 1. & ad 2. & q. 66. 5. ad 4.

8 Continet sub se scientiam & intellectum, 12. q. 57. 2. ad 2.

9 Est tantum una, licet scientiæ sint multæ, 12. q. 57. 2. c. fin.

10 Est maxima inter omnes virtutes intellectuales, judicans & ordinans eas, 12. q. 57. 2. ad 2. & q. 66. 5. c. & q. 68. 7. c.

11 Differentia inter sapientiam, scientiam, intellectum, artem, & prudentiam, 12. q. 57. 2. 3. ad 1.

12 Sapientia in rebus humanis est prudentia, 1. q. 1. 6. c. item 22. q. 47. 2. ad 1.

13 Prudentia non imperat sapientiæ, sed de converso. Nec est de altissimo sicut sapientia. Sed imperat de ordinatis ad sapientiam. Ideo est ministra ejus, 12. q. 66. 5. ad 1.

14 Prudentia est de iis, per quæ pervenitur ad felicitatem, sed sapientia est de objecto ejus. Et actus ejus in hac vita non est perfectio felicitatis, sed est inchoatio ejus; quia est actus imperfectus, respectu sui objecti principalis, scilicet Dei, 12. q. 66. 5. ad 2. & ad 3.

15 Dona sapientiæ & scientiæ nihil aliud sunt, quam quædam perfectiones mentis humane, secundum quas disponitur ad sequendum instinctum Spiritus Sancti, in cognitione divinorum, & humanorum, 12. q. 68. 5. ad 1. & 22. q. 8. 5. c.

16 Sapientia data a Deo est donum Spiritus Sancti, sed acquisita per studium humanum est virtus intellectualis, 1. q. 1. 6. c. ad 3. & 22. q. 45. 1. c. & 4. ad 1. & ad 2.

17 Donum & virtus sapientiæ principaliter est de divinis, secundario vero de aliis, judicando per regulas divinas, 12. q. 57. 2. c. & 22. q. 9. 2. c.

18 Virtus sapientiæ est tantum speculativa, sed donum sapientiæ est speculativum principaliter, & secundario practicum, 1. q. 64. 1. c. & 22. q. 10. 7. c. & q. 45. 3. c. & 6. ad 3.

19 Ratio speculativa, quoad apprehensionem, perficitur dono intellectus, & quoad iudicium, dono sapientiæ. Sed ratio practica quoad primum perficitur dono consilii, & quoad secundum, dono scientiæ, 12. q. 68. 4. c.

20 Donum sapientiæ est in ratione superiori, donum autem scientiæ in ratione inferiori, 1. q. 79. 9. c. & 22. q. 45. 5. c.

21 Augustinus loquitur de sapientia quantum ad suam causam, scilicet quantum ad charitatem, ex qua etiam sumitur nomen sapientiæ, quæ est donum, secundum quod sapientem quandam importat, 1. q. 43. 5. ad 2. & ad 3. & 22. q. 65. 2. ad 1.

22 Talis expositio, scilicet quod sapientia dicitur quasi lapida scientia, non convenit, nisi secundum nomen quod habet sapientia in latina lingua. In græca autem non competit, & forte nec in aliis linguis. Unde potius videtur nomen sapientiæ ibi accipi pro ejus fama, quæ a cunctis commendatur, 3. q. 43. 5. ad 2. & ad 3. & 22. q. 45. 2. ad 2.

23 Donum sapientiæ dirigit hominis intellectum & affectum, ideo ei tamquam directivo correspondent duo dona, scilicet intellectus in intellectu, & timor in affectu, 12. q. 68. 4. ad 5.

24 Rectum iudicium de divinis ex inquisitione rationis, est virtus sapientiæ, doni vero ejus secundum connaturalitatem, 1. q. 1. 6. c. ad 3. & 12. q. 68. 1. ad 4. & 22. q. 45. 2. c.

25 Judicium per modum inelinationis est doni sapientiæ, sed per modum cognitionis tantum est theologiæ, 1. q. 1. 6. c. ad 2. & 22. q. 45. 2. c.

26 Intellectus habet duos actus circa ea, quæ sunt fidei, scilicet percipere, & hoc pertinet ad donum intellectus; & judicare, & hoc quantum ad res divinas, pertinet ad donum sapientiæ, quantum ad res creatas, pertinet ad donum scientiæ, quantum ad applicationem ad singularia opera, ad donum consilii, 22. q. 8. 6. c. & quæst. 9. 2. c. & quæst. 45. 2. ad 3.

27 Donum sapientiæ est excellentissimum in-

inter septem dona Spiritus Sancti, sed est inferius charitate, 12. q. 68. 7. c.

28 Sapientia acquisita potest esse cum peccato mortali, non autem donum sapientiae, sicut nec charitas, quam presupponit, 22. q. 43. 4. c.

29 Fides assentit veritati divinae secundum se, sed donum sapientiae iudicat secundum eam; ideo presupponit fidem, 22. q. 43. 1. ad 2.

30 Fides est initium sapientiae secundum essentiam, timor autem servilis est ut dispositio ejus, sed filialis, ut primus effectus ejus, 22. q. 19. 7. c. & q. 43. 6. ad 3.

31 Donum sapientiae quandoque dicitur pietas, & timor Dei, quia sicut pietas quae pertinet ad cultum Dei, est manifestatio fidei, in quantum per cultum Dei procellatur fidem, ita etiam pietas manifestat sapientiam, & propter hoc dicitur quod pietas est sapientia, & eadem ratione timor; per hoc enim ostenditur quod homo habet rectum iudicium de divinis, quod Deum timet, & colit, 22. q. 43. 1. ad 3.

32 Donum sapientiae, quoad suam causam est in voluntate, sed secundum essentiam est in intellectu, 22. q. 43. 2. c.

33 Quantum est necessarium ad salutem, est in omni habente gratiam, sed est in paucis, & amentibus habitualiter tantum, sed quoad secreta mysteria, & directionem aliorum, est in paucis, quia est gratia gratis data, 12. q. 68. 3. ad 1. & 22. q. 43. 5. c.

34 Sapientia in divinis semper est essentialis, & nunquam est personalis & propria, sed appropriatur, quia non significatur per modum exeuntis, sicut amor, sed per modum quiescentis in subiecto, 1. q. 34. 1. ad 2. & quaest. 37. 2. ad 1. & quaest. 39. 7. ad 2.

35 Sapientia in divinis dicitur dupliciter, scilicet essentialis, & genita, 1. q. 34. 1. ad 2.

36 Sapientia ut supponit pro essentia, non dicitur genita, nec ingenita; sed ut supponit pro hypostasi, dicitur genita, vel ingenita, tamen semper significat essentiam, 1. q. 32. 2. c. ad 1.

37 Sapientia patris dicitur dupliciter, scilicet essentialis, quae est in ipso, & quae procedit ab eo, 1. q. 39. 7. ad 2.

38 Pater est sapiens, sapientia essentiali, non autem sapientia genita, 1. q. 37. 2. ad 1. & q. 39. 7. ad 2.

39 Filius est sapientia patris, 1. q. 39. 7. ad 2.

40 Est sapiens formaliter, sapientia tantum essentiali, & effective vero, sapientia ingenita tantum, sed seipso vel per se, sapientia genita, 1. q. 39. 7. ad 2.

Sarabaita sunt monachi sine obedientia,

ideo non approbantur, licet sint laboriosi, 22. q. 186. 3. ad 3.

1 Satisfactio nulla debet imponi noviter baptizatis, quia sunt totaliter liberati per passionem Christi, & satisfactionem illius, cui configurantur in baptismo, & ideo injuria fieret ejus passioni, quasi ipsa non esset sufficientis satisfactio pro peccatis baptizatorum, 3. q. 49. 3. ad 2. & q. 68. 3. c. & 6. c.

2 Penitens per satisfactionem consequitur perfectum effectum gratiae, quia liberatur totaliter a reatu peccati, 3. q. 90. 3. ad 2.

3 Ex proposito satisfaciendi gratia conferitur, licet satisfactio actualis gratiam presupponat, 3. q. 90. 3. ad 2.

4 Homo non potest satisfacere de uno peccato, sine alio, 3. q. 86. 3. c.

5 Potest satisfacere Deo, secundum aequalitatem proportionis, per acceptationem infinite misericordiae Dei; non autem secundum aequalitatem quantitatis offensae, 3. q. 1. 2. ad 2. & q. 86. 3. c. & q. 90. 2. c.

6 Satisfactio in proposito causat gratiam, sed in executione auget eam, sicut & baptismus, 3. q. 90. 2. ad 2.

7 Nulla pura creatura potest satisfacere Deo pro natura humana, 3. q. 1. 2. ad 2. & q. 46. 1. ad 3. & q. 49. 3. ad 1.

8 Satisfactio pro se, vel pro alio dicitur premium quoddam, 3. q. 48. 4. c.

9 Adam & alii sancti patres satisfecerunt pro peccatis suis, secundum quod peccatum corrumpit bonum personale, non secundum quod corrumpit naturam, 3. q. 49. 3. ad 1. & q. 62. 5. c. ad 2.

10 Unus homo potest satisfacere pro alio, in quantum sunt unum in charitate, 3. q. 14. 1. c. & q. 49. 2. ad 1.

11 Nullus potest conteri, vel confiteri pro alio, sicut potest satisfacere, quia hoc est extra, illa vero sunt intra, quia pertinent ad bonitatem gratiae, vel ad culpam, 3. q. 38. 2. ad 1.

12 Passio Christi causavit nostram salutem per modum satisfactionis, 3. q. 43. 1. 3. c. & q. 4. ad 2. & q. 48. 2. c. & 4. c. item 6. ad 3.

13 Haec satisfactio fuit superabundans, 3. q. 48. 2. c. ad 2. & q. 4. c. & q. 49. 3. c. & q. 68. 6. ad 1. & q. 69. 2. c. & 3. c.

14 Christus per mortem suam sufficienter satisfecit pro peccatis humani generis, etiam si essent plura, 3. q. 46. 6. c. ad 4. & ad 6. & q. 48. 2. c. & q. 49. 1. 3. c. & q. 68. 1. c. & q. 69. 7. c. & q. 86. 4. ad 3.

15 Satisfecit pro tota natura humana sufficienter, non autem efficaciter, 3. q. 46. 1. ad 3. & q. 79. 7. ad 2.

16 Una gutta sanguinis Christi fuit in eis, cum confessione, vel quacunque pena ejus plene satisfecit, ratione personae ejus, non autem

secundum gentis operis, 3. quaest. 46. 6. ad 6.

17 Satisfactio dicitur esse actus virtutis non solum materialiter, sed etiam formaliter, cum suo nomine formam, & rationem virtutis implicatam habeat, 8. q. 12. 1. c.

18 Satisfactio quae aequalitatem respectu offensae praesentis in faciente importat, opus iustitiae est, 5. q. 2. 2. c.

19 Bona est definitio satisfactionis, quam habet Anselmus, satisfacere est honorem debitum Deo impendere. Similiter quam habet Augustinus, satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere, 5. q. 12. 3. c.

20 Non potest homo Deo satisfacere si ly (satis) aequalitatem quantitatis importet; contingit autem si importet aequalitatem proportionis, 5. q. 13. 1. c.

21 Potest quis pro alio penam satisfactoriam explere pro peccatis praecedentibus, ita ut solutio debiti consecutura sit, 3. quaest. 13. 2. c.

22 Impossibile est, quod homo de uno peccato satisfaciatur, alio retento, sicut nec homini satisfaceret, qui pro alapa ei data eum proferneret, & aliam simul daret, 5. q. 14. 1. c.

23 Non potest quis extra charitatem Dei existens, pro peccatis ante contritis satisfacere, 6. q. 14. 2. c.

24 Opera extra charitatem facta per charitatem sequentem non vivificantur, ac per hoc non valent satisfactio praecedens, etiam si charitas sequatur, 5. q. 14. 3. c.

25 Magis concedendum est, quod opera extra charitatem facta non sint alicujus meritoria, quam quod sint, 5. q. 14. 4. c.

26 Opera extra charitatem facta, quantum ad hoc, quod quis liberetur a poena, quam jam meruit, poenam inferni mitigare non possunt, sed quantum ad hoc quod meritum poenae impediatur, per opera extra charitatem facta poena inferni mitigari potest, 5. quaest. 14. 5. c.

27 Satisfactio sive referatur ad praeteritam offensam, sive ad futuram culpam, per poenalia opera fieri asseritur, 5. q. 15. 1. c.

28 Flagella, & castigationes hujus vitae, quae a Deo peccatori infliguntur, si patienter ferantur, nomen satisfactionis habent, alias vindicationis, 5. q. 15. 2. c.

29 Opera satisfactoria rite enumerata sunt, scilicet elemosyna, jejunium, & oratio, 5. q. 15. 3. c.

1 Scandalum proprie est dictum vel factum minus reum, praebens alii occasione ruinae. Sed scandalum large sumitur pro quolibet impedimento alicui praestito in via aliqua, quam prosequi intendit, 22. q. 43. 1. c. & 4. c.

Scandalum Graece, offensus dicitur. Latine, vel ruina vel impaccio pedis, 22. q. 43. 1. c. & 4. c.

3 Duplex, scilicet adivum, idest omne inducium peccati, intentum, vel non intentum, scilicet peccatum vel simile ei, & passivum, idest ruina peccati ex dicto vel facto alterius, 22. q. 43. 1. ad 4. & 2. c.

4 Scandalum adivum quandoque est sine passivo, quandoque e converso, & quandoque simul, 22. quaest. 43. 1. ad 4. & 2. c.

5 Omne scandalum est peccatum, sed activum quidem dantis, passivum vero fumentis, 22. q. 43. 2. c.

6 Adivum per se intentum est speciale peccatum, non autem per accidens, nec scandalum passivum, 22. q. 43. 3. c.

7 Activum est sine alio peccato, quando factum vel dictum, non est peccatum, sed habet speciem mali, 22. q. 43. 3. ad 2.

8 Utrumque scandalum est veniale, & quandoque mortale, 22. q. 43. 4. c.

9 Scandalum adivum, vel passivum non convenit perfectis, nisi de venialibus, sed imperfectis etiam de mortali, 22. quaest. 43. 5. c. & 6. c.

10 Omne scandalum causatur ex aliquo scandalo adivo sui, non autem semper ex peccato alterius, 22. q. 43. 6. ad 1.

11 Bona spiritalia necessaria non debent dimitti propter scandalum, alia vero debent occultari, vel disceri, si sit ex ignorantia, donec doceatur, nisi sit periculum. Non autem post, nec si est ex malitia, 22. q. 43. 2. 7. c. & 3. q. 42. 1. c.

12 Veritas nullo modo deseri debet, propter scandalum passivum aliorum, 22. q. 43. 7. ad 2. & 3. q. 42. 2. c. ad 1.

13 Bona temporalia propria debent deseri propter scandalum ex ignorantia vel infirmitate, vel scandalum sedari; non autem si sit ex malitia, nec aliena nobis commissa, 22. q. 43. 8. c.

14 Punio non debet deseri propter scandalum, nisi sequatur pejus, propter multitudinem peccantium, vel propter potentiam principum, 12. q. 33. 6. c. & q. 43. 7. ad 1. & q. 108. 1. ad 3. & 3. ad 1.

Scenoegia erat festum tabernaculorum per dies septem, propter beneficium deductionis, & protectionis in deserto. Et significat peregrinationem sanctorum in hoc mundo. Cui nunc succedit festum consecrationis Ecclesiae, 12. quaest. 102. 4. ad 10. item quaest. 103. 3. ad 4.

Severitas est virtus inflexibilis circa inflectionem poenarum, quando recta ratio requirit hoc, 22. q. 157. 2. ad 1. & ad 2. & q. 159. 2. ad 2.

1 Scientia significat qualitatem simplicem, quam consequitur quidam respectus, 1. q. 13. ad 1. q. 14. 1. ad 1. q. 12. quest. 34. ad 2.

2 Scientia est qualitas simplex, relata ad multa secundum unum, 12. q. 34. ad 2.

3 Est assimilatio intellectus ad rem scitam; per speciem intelligibilem, quae est similitudo rei intellectae, 1. q. 14. ad 2. quest. 34. ad 2.

4 Diversae scientiae procedunt ex diversis principijs, & medijs, 12. q. 34. ad 3.

5 Omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota, & per consequens visa, 22. q. 1. ad 2.

6 Nulla scientia probat principia sua, sed probat alia ex eis. Nec disputat contra negantes ea, praeter primam philosophiam, 1. quest. 1. 8. c.

7 Totus virtus demonstrationis dependet ex medio. Ideo diversa media sunt sicut diversa principia adiva, secundum quae habitus scientiarum diversificantur, 12. q. 34. ad 2. 8.

8 In diversis conclusionibus unius scientiae sunt diversa media, per quae probantur. Ideo homo potest scire aliquas conclusiones sine alijs, sicut & media, 22. q. 1. ad 2.

9 Scientia demonstrativa, dicitur iudicativa, in quantum per resolutionem in prima principia de veritate inquisitorum dijudicat, 22. q. 3. 4. c.

10 Idem est subiectum principiorum, & totius scientiae, quia tota scientia virtute continetur in eis, 1. q. 1. 7. c. & 12. q. 3. 6. c. & 22. q. 4. 1. c.

11 Omne quod scitur, est aliquo modo, 1. q. 14. 9. c. & 3. q. 10. 1. c.

12 Omne scitum a nobis est necessarium, non autem omne scitum a Deo, 1. quest. 14. ad 3.

13 Omne scitum est aliquo modo visum per intellectum, 22. q. 1. 5. c. ad 4.

14 Idem est subiectum principiorum, & totius scientiae; cum tota scientia virtute continetur in principijs, 1. q. 1. 7. c.

15 Subiectum scientiae, sicut & obiectum potentiae duplex, scilicet materiale, & formale, 1. q. 1. 7. c.

16 Formalis ratio subiecti scientiae, sicut & obiecti potentiae duplex, scilicet ex parte rei, & ex parte nostra, 22. q. 1. 2. c.

17 Sic se habet subiectum ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam vel habitum, 1. q. 1. 7. c.

18 Materialiter scita sunt conclusiones; formalis vero ratio sciendi sunt media demonstrationis, per quae conclusiones cognoscuntur, 22. q. 1. 1. c.

19 Scientia est de mobilibus, & de contingentijs, secundum quod in eis est aliquid necessarium, vel universale, 1. q. 84. 1. c. ad 3. & q. 86. 3. c.

20 Sola scientia practicae sunt circa contingenta, in quantum huiusmodi, scilicet in particulari, 12. q. 6. p. 1. c.

21 De quolibet re ad sciendum an est oportet ut pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia sequitur quaestionem an est, 1. q. 21. 1. ad 2.

22 De nulla re sciri potest, an est; nisi de ea sciat, quid est, saltem consule, 1. q. 21. 2. ad 2.

23 Habitus scientiae est in intellectu passibilis, non autem in intellectu passivo, contra Averroem, 12. q. 40. 4. c. & q. 5. 1. c.

24 Scire, & discere per accidens est malum, ex parte scientis, dupliciter, scilicet propter occupationem impediens officium ejus, vel propter contemptum divinum, & ex parte vero obiectus tripliciter, scilicet vel quia inclinatur ad malum, ut ars magica, vel quia excedit, vel quia est quid inutile, 1. q. 22. 3. ad 3. & 22. q. 167. 1. c.

25 Quilibet tenetur scire committere credenda communia juris praecpta, & ea quae ad ejus statum, vel ad ejus officium pertinent, 12. q. 76. 2. c.

26 Scientia legis Dei, sic annexa est officio sacerdotali, quod simul cum eo iungitur, 22. q. 16. 2. ad 3.

27 Scientia acquisita, est habitus naturalis, quia inest unicuique homini quoddam principium scientiae, scilicet lumen intellectus agentis, per quod cognoscitur statim a principio naturaliter quaedam universalia principia omnium scientiarum, 1. q. 117. 1. c. ad 12. & 12. q. 5. 1. c. & q. 113. 10. ad 3.

28 Homo meditando acquirit scientiam, 1. q. 62. 9. ad 1. & 12. q. 5. 1. c. & 22. q. 15. 3. ad 1. & q. 49. 1. ad 2.

29 Scientia, vel sapientia acquisita per proprium ingenium, & studium, est naturalis. Si vero aliter, ut in Apostolis, est miraculosa, 1. q. 117. 1. ad 1. & 12. q. 5. 1. c. & q. 113. 10. ad 3.

30 Modus acquirendi scientiam duplex, scilicet praecipuus per inventionem, & secundarius per doctrinam, 1. q. 117. 1. c. & 3. q. 9. 4. ad 1.

31 Caecus a nativitate, non potest habere scientiam de coloribus, 1. quest. 84. 5. c. fin. & 4. c. fin. & quest. 111. 3. ad 1. & ad 2.

32 In statu innocentiae, homo non acquiritur scientiam ex sensibus, 3. quest. 61. 2. c.

33 Disciplina quae est receptio cognitionis ab alio, requiritur ad scientiam, 12. q. 4. 1. c. & 22. q. 189. 1. ad 4.

34 Nullus unquam per demones scientiam acquisivit, 1. q. 64. 1. ad 5. & 22. q. 96. 1. c. & q. 172. 5. ad 2.

35 Ille qui in aliqua scientia acquirit per primam demonstrationem, scientiam conclusionis unius, habet quidem habitum, sed imperfectum. Cum vero acquirit per alquam aliam demonstrationem, scientiam conclusionis alterius, non generatur in eo alius habitus, sed habitus qui prius inerat fit perfectior, utpote ad plura se extendens, 12. q. 4. 5. 1. ad 3. & q. 5. 4. ad 3. & q. 65. 1. ad 1.

36 Multae impediuntur a scientia acquirenda tripliciter, scilicet propter indispotionem, occupationem, & pigritiam, 12. q. 61. 5. ad 3. & 22. q. 2. 4. c. & q. 172. 3. ad 2.

37 Virtutes morales, & praecipue castitas, multum faciunt ad acquisitionem, & sustinendam scientiarum, 22. q. 1. 5. 3. c. & q. 96. 1. ad 2. & q. 148. 6. c. & q. 180. 2. c.

38 Difficultas in acquisitione scientiae duplex est in scientia nostra, scilicet secundum facultatem unius post alterum, ex notis ad ignota procedens, & secundum causalitatem per unum in alterum, 1. q. 24. 7. c. & quest. 58. 3. c. & quest. 117. 1. c. & 3. quest. 111. 5. c.

39 Opinio est dispositio ad scientiam, quia acquisita, potest remanere cognitio etiam per syllogismum dialecticum, 3. q. 9. 3. ad 3.

40 Scientia quadrupliciter tantum amittitur, scilicet ratione exidente a mente, corruptione scientie vel scito, vel oblivione, 1. quest. 89. 5. c.

41 Augere secundum se per additionem, 12. q. 49. 4. c. & q. 52. 4. c.

42 Est una numero, a subiecto in quo est, sed una est in specie a scibili, 1. quest. 117. 1. c.

43 Unitas scientiae generica, specifica, vel numeralis sumitur ab unitate generica, specifica, vel numerali sui medij, 12. quest. 34. 2. ad 2.

44 In scientia contrariorum eadem ratio est cognoscendi utrumque, quia unum per aliud cognoscitur, 12. q. 54. 2. ad 1.

45 Intellectus est una potentia, in qua tamen sunt diversarum scientiarum habitus, 12. q. 54. 1. ad 1.

46 Quantitas scientiae attenditur non solum secundum numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis, 12. q. 52. c. & 3. q. 10. 2. ad 3.

47 Diversa ratio cognoscibilis inducit diversitatem scientiarum, 1. q. 1. 1. ad 2. & 12. q. 57. 2. c.

48 Scientia quae habetur per revelationem, & scientia humanitus inventa, differunt secundum genus. Unde Theologia quae ad sacram scripturam pertinet, differt secundum genus ab illa quae pars philosophiae ponitur, 1. q. 1. 1. ad 2.

49 Scientia infusa, & acquisita, sunt di-

versarum rationum. Unde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus physice disciplina tractant secundum quod sunt cognoscibiles lumine naturalis rationis, & aliam scientiam tractare, secundum quod cognoscuntur lumine divinae revelationis, 1. q. 1. 1. ad 2. & 3. q. 9. 4. ad 3.

50 Consideratio scientiae speculativae non se extendit ultra virtutem suorum principiorum, id est, ultra quam cognitio sensitiva ducere potest, 12. q. 3. 6. c.

51 Contra rectitudinem scientiae, contingit peccari dupliciter in speculativis, scilicet vel inducendo rationem ad conclusionem falsam apparentem veram, vel arguendo ex falsis, quae videntur vera, 22. q. 5. 3. c.

52 In speculativa scientia, demonstrativa dicitur iudicativa, in quantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum dijudicat, 22. q. 3. 4. c.

53 In speculativa est alia rationalis scientia, ordinata ad inquisitionem inventivam, scilicet dialectica, & alia demonstrativa, determinativa veritatis, 22. q. 5. 3. c. ad 3.

54 Omnes scientiae demonstrativae continentur sub physica, ut ponitur pars prudentiae large, ut includit etiam scientiam speculativam, 22. q. 48. 1. c.

55 Scientia speculativa vel practica tripliciter, scilicet ratione sciti, modi, & finis, 1. q. 14. 16. c.

56 Scientia de non operabilibus est speculativa tantum; ordinata vero ad operationem est practica tantum, speculativa vero ratione modi, vel finis, est secundum quid speculativa, & practica, 1. q. 14. 16. c.

57 Omnis scientis operativa tanto perfectior est, quanto magis considerat particularia, in quibus actus est, 1. q. 22. 3. ad 1.

58 Scientiarum practicarum illa est dignior, quae ad ulteriorem finem ordinatur, ut civilis militari, 12. q. 1. 5. c.

59 Omnes fines scientiarum practicarum ordinantur ad beatitudinem aeternam, sicut ad ultimum finem, 1. q. 1. 5. c.

60 Scientia practica triplex, scilicet monastica seu ethica, oeconomica, & politica, 22. q. 47. 1. c. & q. 48. ad 2.

61 Scientia duplex, scilicet subalternans, & subalternata. Prima procedit ex principijs per se notis lumine naturalis intellectus; secunda vero ex principijs per se notis in scientia superioris, 1. q. 1. 2. c. ad 1. & 6. ad 2.

62 Intellectus qui est habitus principiorum, est nobilior quam scientia conclusionum, 12. q. 51. 2. ad 3. & q. 57. 2. ad 2. & q. 63. 2. ad 3. & q. 68. 7. c.

63 Una scientia est dignior alia dupliciter, scilicet ratione nobilioris subiecti, vel quia certior, 1. q. 1. 5. c. & 12. q. 66. 5. ad 3.

64 * Aliqua scientia imperat aliis, tanquam ancillis, eis utendo, 1. q. 1. 5. c. & ad 2. c.

65. Civis precipit omnibus scientiis, & artibus, sed speculativis quoad exercitium actus, non autem quoad determinationem actus, sicut practici, 22. q. 47. 2. ad 2.

66. Scientia est donum necessarium ad iudicium discernendum credenda a non credendis, sicut donum intellectus, ad sane capiendum credenda, 22. q. 8. 6. c. & q. 9. 1. c.

67. Scientia quae est donum, non est diffusiva, quia est participata similitudo scientiae Dei, 22. q. 9. 1. ad 1.

68. Donum hoc est tantum circa res humanas vel creatas, quia est certitudo iudicii per causas secundas, 22. q. 8. 6. c. & q. 9. 2. c.

69. * Er est principaliter speculativum, & secundario practicum, sicut & fides, 22. q. 8. 6. c. & q. 9. 3. c. & q. 52. 2. ad 2.

70. Donum scientiae est in omnibus habentibus charitatem, non autem prout est gratia gratis data, scilicet ad instruendum fideles, & ad confutandum adversarios, 1. q. 1. 6. ad 3. fin. & 12. q. 58. 3. ad 1. & ad 2. & 22. q. 9. 2. ad 2.

71. Dona intellectus, & scientiae correspondent fidei, 22. q. 1. princ. & q. 8. princ.

72. Donum scientiae non directe correspondet prudentiae, sed per quamdam extensionem, eam adjuvat; donum autem consilii, directe respondet prudentiae, sicut circa eandem existens, 22. q. 52. 2. ad 2.

Scientificum, & ratiocinativum non sunt idem quod ratio superior, & inferior, quia scientificum est tantum speculativum, & est de Deo, & de creaturis, 1. q. 79. 9. ad 3.

1. Scire contingit plura, intelligere vero unum, 1. q. 85. 4. c.

2. Scire contingit tripliciter, scilicet per revelationem certitudinaliter, per seipsum, & per conjecturas signorum, 12. quest. 112. 3. c.

1. Schisma est separatio, propria sponte, & intentione ab unitate Ecclesiae, tenuens subesse Papae, & communicare membris Ecclesiae, 22. q. 39. 1. c. & q. 40. c.

2. Schisma per se, id est ex intentione, est speciale peccatum, oppositum unitati Ecclesiae. Et dicitur a scissura anteriorum, 22. quest. 39. 1. c.

3. Est maximum peccatorum in proximum, 22. q. 39. 2. ad 3.

4. Infidelitas secundum se est gravius peccatum schismate, sed per accidens est e converso. Sed in lege veteri schisma gravius fuit punitum, propter pronitatem, & ignorantiam Iudaeorum, 22. q. 39. 2. ad 2.

1. Schismatici proprie dicuntur, qui propria sponte, & intentione separant se ab uni-

rate Ecclesiae, remittentes subesse Papae, & communicare membris Ecclesiae, 22. quest. 39. 1. 4. c.

2. Potestas spiritualis duplex, scilicet sacramentalis, & jurisdictionis. Prima manet in hereticis, & schismaticis secundum essentiam, non autem secundum usum. Ideo possunt ordinare, & consecrare, non autem absolvere, excommunicare, dare executionem ordinum, gratiam, vel indulgentias, quia jurisdictionis conferuntur per simplicem injunctionem hominis, 22. quest. 39. 3. c. & 3. quest. 64. 9. ad 2. & ad 3.

3. Schismatici convenienter puniuntur duplici poena, scilicet excommunicatione, & coercere per potestatem secularem, 22. quest. 39. 4. c.

4. Schimos Graece, furor latine dicitur. Et significat velocitatem ire, & similitatem propositi, ad vindictam. Ideo dicitur primam, & tertiam speciem ire, 22. q. 46. 8. ad 2.

1. Scripturae principaliter auctor est Spiritus Sanctus, 1. q. 1. 10. c.

2. Scriptura sacra sic debet exponi, quod ab infidelibus non irridetur, 1. q. 1. 9. ad 2. & q. 68. 1. c. princ.

3. Afferre aliquid esse de sacra Scriptura, quod non est, multum nocet, 1. quest. 68. 2. c.

4. In omnibus quae scriptura per modum narrationis historice tradit, est per fundamentum tenenda veritas historice, & deluper spirituales expositiones fabricandae, 1. q. 102. 1. c.

5. Quod ergo dicitur, quod Deus loquebatur Moysi facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, 12. quest. 98. 3. ad 3.

6. Sicut scriptura libri est signum eorum quae fenda sunt, ita notitia Dei est quoddam signum apud ipsum, eorum qui sunt perducendi ad vitam, 1. q. 24. 1. c.

7. Pythagoras, & Socrates, nihil scripserunt, quia fuerunt excellentissimi Doctores, 3. q. 42. 4. c.

1. Scurrilitas est jocularitas, ex defectu rationis non valentis cohibere gestus exteriores, 22. q. 148. 6. c.

2. Scurrilitas pertinet ad verba, ratione inhonestatis, multiloquium vero ratione superfluitatis, 22. q. 53. 5. ad 4. & q. 148. 6. c.

3. Proccidit ex actu gulae, non autem ex actu luxuriae, sed ex voluntate ejus. Ideo pertinet ad utraque, 22. q. 148. 6. ad 3.

Se, est relativum reciprocum. Ideo magis dicit unitatem suppositi, quam ille terminus, idem, 3. q. 3. 2. ad 2.

Sebastianus utiliter taratitab sub veste militari in domo Diocetiani, ut deficientes in tormentis confortaret, 22. q. 10. 10. ad 2.

Seculum

Seculum nihil est aliud, nisi periodus cuiuslibet rei, pro quo aliquando ponitur verbum, vel aviternum, 1. q. 10. 2. ad 2. & 6. ad 1.

1. Securitas perfecta pertinet ad praesentium virtutis. Sed securitas secundum participationem est conditio alicujus virtutis, 22. q. 129. 7. ad 3.

2. Securitas non est idem quod fortitudo, sed est conditio ejus, & magnanimitatis, si sit quando, & in quibus debet, 22. q. 129. 7. ad 1. & ad 2.

3. Securitas opponitur timori private tantum, audacia vero contrarie, 12. q. 45. 1. ad 3.

4. Magis opponitur timori, quam pertinet ad spem. Nec causet negligentiam, nisi in quantum diminuit estimationem ardui, 12. q. 46. 8. ad 1.

1. Sedere necesse est Socratem, dum sedet, 22. q. 49. 6. c.

2. Sedere ad dexteram patris in beatitudine ejus, vel habere regiam & judicariam potestatem, convenit soli Christo, secundum utramque naturam, 3. quest. 57. 2. ad 3. & quest. 58. c.

3. Pater nullo modo sedet ad dexteram filii, nec ad dexteram Spiritus Sancti, nec filius, sed e converso, 3. q. 58. 2. ad 3.

4. Sedere ad dexteram patris, convenit Spiritui Sancto, secundum veritatem, in quantum est aequalis ei. Sed non appropriatur ei aequalitas, nec selsio dextrae, sed filio, 3. q. 58. 2. ad 3.

5. Quilibet sanctus, est constitutus ad dexteram Dei. Sed non sedet ibi, quia habet beatitudinem, sed non cum dominativa potestate, quasi propriam & connaturalem, 3. q. 58. 4. ad 2.

6. Nullus sedet ibi in sinistra, quia ibi nulla est sinistra, id est nulla miseria, 3. q. 58. 1. ad 2.

1. Seditio & schisma, continentur sub discordia, scilicet partium multitudinis ad invicem, 22. q. 42. 1. ad 1. & ad 3.

2. Seditio, est speciale peccatum, scilicet mutua impugnatio inter partes multitudinis, vel preparatio ad pugnam. Rixa vero est unius ad unum, vel paucorum ad paucos. Sed bellum est inter diversas multitudines. Et utrumque est pugna in actu, non preparatio, 22. q. 42. 1. c.

3. Est semper de se peccatum mortale. Et est gravius rixa. Et principaliter est in procurantibus; secundo in sequentibus, non autem in defendentibus bonum commune, 22. q. 42. 2. c.

4. Opponitur unitati, & paci multitudinis, 22. q. 39. princ. & q. 42. 1. c.

5. Seditio opponitur unitati temporali & seculari, schisma vero spirituali. Prima est cum

S. Th. Op. Iov. VII.

preparatione ad pugnam, non autem aliud, 22. q. 42. 1. ad 2.

Securitas est fuga operationis, & ex timore laboris, 1. q. 41. 4. c. & q. 44. 4. ad 3.

1. Semen extenso nomine, dicitur non solum sperma, sed etiam menstruum, 11. q. 115. 2. ad 3.

2. Non fuit pars aliqua in actu, respectu generantis, sed in potentia totum secundum potentiam activam, 1. q. 119. 2. c. & q. 118. 4. ad 3.

3. Est de superfluo alimenti, 1. q. 119. 2. c.

4. Est superfluum, respectu nutritiva, sed est necessarium quo indiget natura ad generationem, 22. q. 113. 3. ad 1. & q. 118. 4. ad 3.

5. Est album, quia est spumosum, ut possit continere spiritum vitalem, in quo est virtus formativa ut forma, magis ut motor, 1. q. 118. 4. ad 3.

6. Semen masculi non concurrit ad generationem, sicut materia in compositione generati, sed sicut agens, 3. q. 28. 1. ad 3. & q. 31. 5. c.

7. Semen mulieris nihil facit ad generationem proli; ideo aliqua concipiunt sine eo, 3. q. 31. 5. ad 3. & q. 35. 3. ad 3.

8. Filius est de substantia patris, quia semen secundum potentiam activam, est potentia totum, licet non sit actu aliqua pars patris, 1. q. 119. 2. ad 1.

9. Virtus animae quae est in semine, per spiritum qui est in semine, format corpus in generatione, 3. q. 32. 1. ad 1.

10. Virtus formativa seminis, dicitur intellectus, quia operatur sine organo, 1. q. 118. 4. ad 3.

11. Homines pingues, & animalia magna, ut elephas, pauci sunt seminis, & paucae generationis, quia convertitur in pinguedinem, & substantiam, 1. q. 119. 2. c. fin.

Senarius numerus dicitur perfectus, ratione partium, quia consurgit ex omnibus suis partibus aliquotis; ideo congruit perfectioni universi, & operum Dei in sex diebus, 1. q. 74. 1. c.

Senes sunt suspiciosi, & amant vinum propter frigiditatem; sed anus magis; & sunt fabulosi, 22. q. 60. 3. c.

1. Sensibile duplex, sc. per se, & per accidens: sensibile per se duplex, sc. proprium, & commune, 1. q. 17. 2. c. & q. 78. 3. ad 1.

2. Similitudo sensibilibus est in sensu tripliciter, sc. primo, & per se, respectu sensibilibus propriorum; per se, sed non primo, respectu communium, & per accidens tantum, respectu sensibilibus per accidens, 1. q. 17. 2. c.

3. Sensus in actu est sensibilis in actu, 1. q. 14. 2. c. & q. 55. 1. ad 2.

4. Sensibilibus aliqua immutant sensum,

K I Spi